

*173. Instrumentum concordiae
tra la chiesa di S. Michele e
Giacomo e Vittorio Pallocta*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*173. Instrumentum concordiae
tra la chiesa di S. Michele e
Giacomo e Vittorio Pallocta*

1554-11-27

(c. 506r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate ipsius millesimo quingentesimo
quingagesimo quarto, regnante serenissimo et
invictissimo domino nostro domino Philippo de Austria
divina favente <gratia> rege Anglie, Francie , citerioris
Sicilie, Hierusalem, Hibernie, fidei defensore et principe
Hispaniarum, archiduce Austrie , duce Burgundie,
Mediolani et Barbantice, comite Hispurgi, Filandie
et Tirolis, regnationis vero ipsius anno primo, sub
pontificatu sanctissimi domini nostri domini Iulii pape
tertii <anno> eius quinto feliciter amen, die 27 mensis
novembris, 13e indicionis, Potentie.

1

2

3

Nos Benignius Ferra Mosta de Potentia annalis et
litteratus iudex, Nicolaus Grisius Serranus incola dicte
Potentie civitatis, publicus et apostolicus ubilibet per
totum idem regnum Sicilie citra pharum regia et
apostolica autoritate notarius et testes subscripti ad
hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico
divisionis terrarum instrumento fatemur, notumfacimus
et testamur quod eodem predicto die coram nobis et
in nostri presentia presentibus et personaliter constitutis
venerabili domno Petro de Ferrea de Potentia, generali
procuratori venerabilis ecclesie Sancti Michaelis dicte
civitatis, agente ad infrascripta omnia et singula
procuratorio nomine et pro parte dicte ecclesie,

Così S e A per Bragantie

Così S e A per Habsburgii

Così S e A per Fladrie

cum // (c. 506v) consensu, assensu et autoritate et beneplacito venerabilium domni Aurelii de Cannillo, domni Alfonsi de Brisciano, domni Iesue de Stigliano, domni Bernardini de Garasio, domni Valentini de Padula et domni Bernardini de Amato, clericorum dicte ecclesie, et reverendissimi Nini de Ninis episcopi Potentini, ibidem presentium et eidem procuratori eorum consensum dantium et prestantium in toto presenti instrumento, parte ex una, consentientibus prius in nos dictis procuratore, clericis et reverendissimo domino episcopo tanquam in suos cum scirent, ex certa eorum scientia, nos suos non esse tamen ipsi <nostre> iurisdictioni sponte se submitterunt, et Iacobo et Victorio Pallocta dicte civitatis Potentie, agentibus similiter ad infrascripta omnia et singula pro se ipsis eorumque heredibus et successoribus universalibus et particularibus, parte ex altera, predicte quidem partes sponte, non vi, dolo malo, metu ad id inducte, nulla impressione aut suasionem mote vel aliter circumvente, ut dixerunt, sed earum pura, mera, libera, gratuita et spontanea voluntate, coram nobis eisdem pariter asseruerunt qualiter, vertente lite et causa inter easdem de subscriptis terris sitis et confinatis, ut infra, fuerunt in dicta causa late multe sententie conformes in favorem dicte ecclesie, declarando dictas terras subscriptas fore et esse comunes et indivisas inter ipsas partes; in quibus // (c. 507r) quidem sententiis fuerunt ipsi Iacobus et Victorius condemnati ad divisionem earumdem terrarum, nec non ad expensas in causas factas et taxate dicte expense in ducatis quinque et ad alias expensas prout in processu et sententiis latius dicuntur contineri. Tandem volentes ipse partes sumptibus parcere et lites dirimere et ad causas ipsas amplius non proseguere

ex quibus odia et guirgiarire solent et scandala, cognoscentes ipsi Iacobus et Victorius malas causas fovere et habere et dictas terras in rei veritate fore et esse comunes et indivisas cum dicta ecclesia, devenerunt ipse partes de comuni earum consensu ad infrascriptarum terrarum divisionem, modo qui sequitur infrascripto, videlicet: «una» portio dictarum terrarum sitarum in pertinentiis dicte civitatis, ubi dicitur Sancto Cona est, in qua «est» edificata et construita domus maxarie ipsorum Iacobi et Victorii est ista videlicet: versus orientem iuxta flumen There, versus occidentem iuxta terras Sancti Talutii, limite et via publica qua itur Cancellariam mediantibus, versus septemtrionem iuxta terras dicti Sancti, vallone dicto de lo Laglio mediante, versus meridiem iuxta aliam portionem dictarum terrarum, videlicet incipiendo a dicto flumine There et ascendit ad quendam lapidem dictum Pasco de Gatta et exinde // (c. 507v) ascendit ad alios lapides qui sunt cruce signati, ascendit per quendam arcam et per quendam fontem vivum et ascendit usque ad viam publicam qua itur dictam maxariam et ad terram Cancellarie et deinde ascendit ad dictam viam publicam, dictam la via de la Czuczulana per lapides cruce signatos et alios fines; et hec portio dictarum terrarum pervenit in partem ipsis Iacobo et Victorio. Alia vero portio que venit in partem dicte ecclesie est ista videlicet: versus orientem iuxta flumen There, versus occidentem iuxta terras Sancti Talutii limite et via dicta de la Czuczulana mediantibus, versus septemtrionem iuxta dictam aliam portionem dictarum terrarum perventem in sortem dictis Iacobo et Victorio dictis finibus mediantibus, versus meridiem iuxta terras domni Troyani de Inganulo, terras ecclesie et conventus Sancti Francisci et Sancti Talutii limitibus

mediantibus, usque ad viam qua itur dictam maxariam et a dicta via usque ad dictum flumen There, iuxta terras ecclesie sancti Girardi et terras Laczaretti de Lia, vallone dicto de Sancto Cona mediante et alios fines. Et promisserunt et convenerunt ipse partes una alteri et altera alteri presenti, recipienti et stipulanti ut supra, sollemni et legitima stipulatione precedente, quod una queque ipsarum portione sua dictarum terrarum ut supra fatta possit et valeat libere et sine aliquo impedimento et obstaculo utifruī, potiri et dominari et de eis disponere // (c. 508r) ut vera domina et patrona et una alteram et altera alteram non molestare, vexare, requirere vel impetere nec ad rutationem dicte divisionis vocare, etiam ex causa enormis seu enormissime lesionis et deceptionis et quovis alio modo, etiam de iure subsistente, quibus iuribus expresse partes ipse renunciaverunt et renunciant. Quinimo ipse procurator, autoritate qua supra, cessit, refutat et donat <sic> dictis Iacobo et Victorio presentibus, recipientibus et stipulantibus ut supra dictas expensas ut supra in dicta causa arrogatas, quas promisit ullo unquam tempore petere nec peti facere quovis modo quia sic ex speciali patto actum extitit et expresse conventum inter partes ipsas; et promisserunt et convenerunt partes ipse, nominibus quibus supra, sollemni et legitima stipulatione precedente, concordiam, conventionem et dictarum terrarum divisionem predictarum modo predicto factam ac omnia predicta et subscripta alia et eorum singula in presenti instrumento contenta, apposita et declarata semper et omni futuro tempore et imperpetuum habere, tenere et firmiter observare ratam, // (c. 508v) gratam et firmam ac rata, grata et firma eaque actendere, adimplere et inviolabiliter et efficaciter observare et contra non facere, dicere, opponere, allegare vel venire,

revocare, retractare, divertere, pervertere vel impedire, immo una pars alteram et altera <alteram> earumque successores supra predictis conventionem, concordia et dictarum terrarum divisione et aliis prenominationis vel eorum iuribus, actionibus et pertinentiis seu possessione ipsarum turbare, vexare, requirere vel impetere nec questionem, litem, causam, controversiam aut molestiam una alteri et altera alteri movere vel inferre, moveri vel inferri facere aut moventi vel inferenti consentire, assistere vel assentire, per se ipsas vel alium aut alios eorum nomine, de iure vel de facto, in iudicio vel extra iudicium, agendo vel excipiendo aut alio quovis modo, sed libere permittere et sinere partes ipsas et earum successores pacifice et quiete, absque lite et molestia aliqua, habere, tenere et libere possidere unam quamque ipsarum partium portionem dictarum terrarum ad se ipsas spectantem et pertinentem ut supra divisam, cum iuribus omnibus et pertinentiis suis omnibus et aliis supradictis eamque dominari et uti ac ipsius pacifica possessione gaudere et a presenti contra conventionis concordie et divisionis aliquo // (c. 509r) pacto non discedere et dolum malum abesse et abfuturum esse. Et sponte obligaverunt se ipsas earumque heredum et successorum et bona earumdem et dicte ecclesie omnia mobilia et stabilia, presentia et futura, habita et habenda, licita et illicita et alia cuiuscumque vocabuli appellare distincta et illa et(iam) bona que sub generali non transeant apotheca sine speciali verborum expressione et quod etiam ad ignorata excedant etiam ad penam et sub pena unciarum auri L, medietate ipsius pene si eam committi contingat regie vel apostolice curie vel alteri curie cuicumque ubi exinde reclamatio legitime fieret vel querela et altera medietate pene eiusdem alteri ipsarum partium predicta

observanti et non contravenienti et eius heredibus et successoribus integre persolvenda, totiens quotiens opus fuerit exinde quomodolibet contraventum vel actentum, me predicto notario tamquam persona publica pro parte dicte curie et ipsis partibus presentibus una ab altera et altera ab altera sollemniter et legitime penam ipsam stipulantibus antedictam. Qua pena commissa vel non commissa, soluta vel non soluta, exapta vel non exapta aut gratiose remissa, presens nihilominus instrumentum cum omnibus in eo contentis in suo semper robore et efficacia perseveret, rato manente patto ac rata ac firma manente // (c. 509v) dicta divisione, cum refecione et integra restitutione omnium et singulorum damnorum interesse et expensarum litis et extra litem que fierent propterea quoquomodo, de quibus stari et credi debeat assercioni cum iuramento tantum alterius ipsarum partium predicta observantis et non contravenientis, nulla alia probatione quesita, itaque reduci non possit ad arbitrium viri nec exinde quomodolibet appellari aut aliter reclamari; quodque in casu contraventionis predictorum vel alterius eorumdem et pro predicta pena, dannis, expensis et interesse liceat et licitum sit alteri ipsarum partium predicta observanti et non contravenienti per se vel alios propria autoritate, absque iussu vel licentia iudicis, magistratus seu pretoris et sine decreto curie vel mandato, solum presentis instrumenti vigore, manu etiam armata et militari, si expedierit, capere et aprehendere de bonis quibuscumque mobilibus et stabilibus, iuribus, actionibus alterius ipsarum partium predicta non observantis et contravenientis, ubicumque sitis et positis prout elegerit et in eis realiter manus inyeccionem habere et incontinenti si voluerit vendere et alienare vel insolutum tenere et

dare prout maluerit, donec satisfiat sibi ipsi integre de premissis, nulla denunciacione seu requisitione premissa nulloque intervallo temporis expectato, nec aliqua iuris vel facti sollemnitate servata que in huiusmodi bonis capiendis, vendendis, alienandis vel insolutum tenendis et dandis de iure requiritur. Que bona ut superius generaliter obligata, // (c. 510r) constituerunt se partes ipse una alteri et altera alteri precario nomine tenere et possidere, quod precarium liceat vel licitum sit alteri ipsarum partium predicta observanti et non contravenienti et eius heredes et successores propria autoritate, solum presentis instrumenti vigore, revocare et bona ipsa ad se advocare seu revocari facere quandocumque eis placuerit similiter vel sollemniter et ut melius eius videbitur et placebit, non obstante quod bona ipsa ad alienas manus pervenissent, quocumque iure, titulo, concessione vel forma; et renunciacione dicte partes una alteri et altera alteri presenti, recipienti et stipulanti, ut supra, supra predictis et quolibet predictorum, exceptioni doli mali, vis, metus et in factum, presentis non sic celebrati contractus et rei predicto modo non geste seu aliter habite quam superius et inferius continetur et est expressum, privilegio fori scripto et non scripto, beneficio restitutionis in integrum, condicioni indebite ob causam et sine causa, exceptioni dicte conventionis, concordie et divisionis non fatte, non secute realiter modo predicto ut superius continetur, legi dicenti prelationis modo non esse angustandum et bona capta incontinenti vendi non posse, licteris, privilegiis, cedulis et rescriptis et specialiter // (c. 510v) privilegio clericali et capitulo Odoardus et omnibus aliis quibus, licet impetratis vel impetrandis ac si proprio motu Pape vel Principis pro assistet et

de presenti instrumento de verbo ad verbum faceret mencionem, usibus, consuetudinibus, constitutionibus, capitulis adversantibus quoquomodo tam civilibus quam canonicis, omnibus et singulis in corpore utriusque iuris existentibus et repertis, omnibus aliis iuribus, legibus, exceptionibus, quovibus, compensationibus, alienationibus ac defensionibus iuris et facti quibus et propterea que dicte partes, nominibus quibus supra, et quilibet ipsorum contra premissa vel ipsarum aliquid venire possent quoquomodo aut ab ipsorum observantia se tueri; iurique dicenti generalem renunciationem non valere et iuri quo cavetur quod dicto iuri renunciari non possit; cerciorate prius dicte partes, ut dixerunt, per iuris peritum, de iuribus ipsis et effectibus ac beneficiis quorundam antequam renunciarent eisdem. Pro quibus omnibus suprascriptis et infrascriptis et eorum singulis firmiter actendendis, adimplendis et inviolabiliter observandis quodque predicta omnia vera sunt et eorum singula et in nullo unquam vacillent, dicte partes una alteri et altera alteri presenti iuraverunt et corporale tactis licteris ad sancta Dei evangelia prestiterunt iuramentum. Et fuit actum infra contrahentes eosdem, // (c. 511r) pro cautela uniuscuiusque ipsarum partium et eius heredum et successorum, quod si qua iuris vel facti solemnitas in presenti instrumento deficeret vel clausula, tacite et expresse intelligatur in eo et totiens corrigi, refici et emendari possit quotiens opus erit, assensum et consilium sapientis eligendi per alteram ipsarum partium predicta observantem et non contravenientem, donec venit ad lucidam formam veritatis et facti substantia non mutata. Unde ad futuram rei memoriam et dictarum partium preces eorumque heredum et successorum cautelam ac omnium

quorum et cuius inde interest et interesse poterit in futuram certitudinem, facta sunt exinde duo consimilia instrumenta idem in effectu continentia, unum ad instantiam dictorum Iacobi et Victorii, alterum vero ad instantiam dicte ecclesie; hoc autem factum est ad instantiam dicte ecclesie per manus mei predicti notarii, signo meo solito signatum, mei cuius supra iudicis et nostrorum subscriptorum testium signis et subscriptionibus roboratum.

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

A Mosca

A Ferrera

A Garausio

A iurgia oriri

A lagho

A Pesco de Gacta

A pervenutam

A reiterationem

A erogatas

A contractu

12

14

15

16

17

18

19

20

21

Quod scripsi ego idem Nicolaus puplicus ut supra
notarius qui premissis omnibus vocatus et rogatus
interfui ipsumque meo consueto signo signavi; superius
autem in primo virgulo ubi legitur «quingentesimo»
et apparet abrasum, casualiter in scribendo erravi ideo
correxì et emendavi, unde pro autentico et non vitio
habeatur. (SN) (c. 511v) Ego Berus Grecus Ferrandia
de Potenza annalis et literatus iudex in predictis pro
iudice interfui et me subscripsi manu propria Ego
Iohannes Sarchisba Bellapi Potentinus testis sum Ego
Iacobus de Amelio de Potenza testis sum Ego diaconus
Iohannes Angelus de Intrenta de Potentia testis interfui
Ego Marsilius Bressanus de Potenza testis interfui Ego
Porchiriadus Crisius Potentinus testos

A appellatione

A extendantur

A actentatum

A renunciaverunt

A simpliciter

A probationis

A processisset

Così S, A lacunosa

22

23

24

25

A Benignius Ferramosca

A Bactista

A Belasii

A Ferdinandus Grisius